UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Baldi Pervsini Commentariorvm In Pandectas Tomvs ...

In Digestvm Vetvs

Baldus

Lvgdvni, M.D.LVIII.

Pro socio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95938

Visual Library

de reſti.ſpo.⁊c. ¶ In tex.ibi,conditione,id eſt forma:nam forma mandati habet vim mandati.

Creditor. Pendente appellatiõe a mandatario poterit iterim reꝰ ꝯuẽniri h.d. Vel ſic,ꝓceſſus pẽdens ex appellatione ꝯ mãdatorẽ nõ impedit interim agi ꝯ ꝓncipalẽ.h.d. Et ẽ no. Iac.de Are.ĩ.de fideiuſ.l.ſi habes a debitore.§.quod ſi idẽ. ¶ In gl.nec eñi in fi.no.optimã limitationẽ cõem ꝙ illa regula,nihil nouari ap.pẽdẽ.hꝫ locũ inter eoſdẽ non reſpectu eius ad quẽ porrigit̃ appellatio:⁊ idẽ dicit Inn.de elec.c.cum eccleſia Rothomageñ.ĩ.de excu.tu.l.diximus.vide qđ dixi in l.ſi per imprudentiam.§.fi.ĩ.de euic.⁊ melius in.l.furti.§.ĩ. de his qui no.infa. ¶ No.hic gl.ij.⁊ vide qđ not.Iac. de Are.in l.ij.ĩ.de duo.reis.⁊ per Dy.in.l.reos.e.tit. b

Ad eum. Mandatũ qđ fit ad vtilitatẽ mandantis, non parit actionẽ mãdati ꝯ tertiũ.h.d.⁊c. ¶ Additio. ¶ Qđ qs ꝓmiſit ꝓ pace ꝯſequẽda occaſione matrimonij,nõ põt a muliere repetere.h.d. Et vid Ia.de ma.vi. l.rogatus.§.mr̃imonij. ¶ In tex.ibi,dignitatem tuam,dicit Ouidius,Si qua voles apte nubere,nube pari.

Duobus. Plures mãdatarij tenent̃ inſolidũ.h.d. ¶ In gl.q̃ incipit,ita tñ ⁊c.ibi,in duobꝰ mãdatoribꝰ ⁊c.ſꝫ certe plures mãdatores tenent̃ inſolidũ,ẽt ſi nihil actũ ſit,vt.ŝ.e.l.ſi mãdato titij.§.paulꝰ rñdit.ſꝫ circa plures mãdatarios dic,aut plures mãdatarij recipiũt offm̃ iſolidũ,⁊ qlibet iſolidũ tenet̃,vt.ĩ.đ cur.bo.dã.l.pe.aut nõ recipiũt offm̃ iſolidũ,⁊ tũc nõ tenet̃ qlibet iſolidũ niſi expreſſe ſit actũ:⁊ ita loqt̃ tex.⁊ gl. ¶ In ea.gl.ibi in fi.tꝫ ergo gl.nr̃a ꝙ hodie ẽt plures mãdatores nõ tenent̃ inſolidũ,ſꝫ ꝯꝫium not.⁊ meliꝰ in l.fi.ŝ.qđ iuſſu.⁊ ibi dixi.⁊ inſti.de fideiuſ.§.ſi plures.⁊ ibi not. ¶ Ex lec.ant. ¶ Plures habẽtes mãdatũ vniuerſale vident̃ habere mãdatũ qlibet inſolidũ.h.d. ¶ In text.ibi,ab vtroqꝫ. a no.hic doc.de iſta dictione,vterqꝫ[a]:⁊ facit ad.q.dixit iudex in ſñia,qꝛ inueni titiũ ⁊ ſeiũ culpabiles,iđ vtrũqꝫ in cẽtũ condẽno,ꝙ nõ videat̃ qlibet ꝯdẽnatꝰ inſolidũ,ſꝫ ꝓ ꝑte:qꝛ iſta dictio non eſt diſtributiua ſortiũ ſed partium,vt hic cum gloſſ. Aliter exponitur illud verbum in aut.de iudi.§.ſinautem.ſecundum Rich.⁊ vide in.§.ſi ipſum autem.C.de bo.que libe.

Si inter maritum. Glo.in hoc.§.ponit caſum ⁊ no.iſtũ.§.qꝛ ponit no.diſt.⁊c.h.d. Maritus lucrat̃ vſuras dotis,quas ꝑcipit iure mariti:⁊ ſi minꝰ eroget in vxo.ſecꝰ ſi ꝑcipit vt miniſter, ⁊ vide h̃ Dy.⁊ Old.de leg.ij.l.luciꝰ.pr̃ia.⁊ facit ad.§.e.ti.l.luciꝰ. §.a te peto.Itẽ facit.ĩ.đ do.inter vi.⁊ vxo.l.mulier.al's ĩcipit, ſulpitiꝰ.nota hic ꝙ nõ p̃ſumit̃ expẽſuꝫ niſi ꝓbet̃ ſm Rich.⁊c.

Lucius titius. Qñ negociũ cõmittit̃ ĩ ꝓcuratorẽ hñtẽ liberã volũtatem,vꝫ ꝙ agit̃,dũtñ dolꝰ malꝰ abſit.h.d.iſte.§.No.ex hoc.§.ꝙ in cõceſſione gñalis adminiſtrationis non venit doli remiſſio,ſed vr̃ facta cõceſſio quatenus bene gerat,ſed nec in cõceſſione libere adminiſtrationis venit, vt qs poſſit donare videbitis. in.l.contra iur.§.ſi filius.ŝ.de pac.probatur etiam in.l.ſi filiꝰ. §.videamus.de don.videbitis etiam in.l.procu. cui libera.ŝ. de procur. ¶ Et aduerte ad hunc tex.ꝙ iſte tex.dixit in proc. ꝙ vr̃ mandatum ꝙ bona fide faciat. idem dicit lex in neg.ge. vt.l.non ſolum.§.ſi heres.ŝ.de lib.leg. ¶ Additio. ¶ Verba vniuerſalia ꝑ que datur liberũ arbitriuꝫ, reſtringuntur ad id qđ fit bona fide,vñ q hꝫ liberũ arbitriũ,ad adminiſtrandum, nõ põt diſſipare,nec ꝑ ꝓprio facto reꝫ dñi obligare,nec vr̃ ẽt dolus remiſſus.h.d. ¶ Not.ꝙ ſi dat̃ alicui mandatũ ꝙ poſſit qcqd poſſet dñs ſi eſſet pñs, ꝙ iſta v̈ba inducunt liberam cõceſſionẽ. ¶ In tex.ibi,ſed quatenus.no.optimã literã ad bailiã,q̃ datur in cõpromiſ.ꝙ nõ extendat̃ niſi ad id quod bona fide agit̃ ſꝫ doc.⁊ ibi ſupra ſcripte.qꝛ vt dixit,dño enti tñ illa v̈ba nõ importãt dñiũ,ſed adminiſtrationẽ ſm Iac.de Are.

¶ Sequitur ex lect.ant.

Quod filioſa. Procuratorium filij durat etiam eo emancipato.h.d.

Cum controuerſia. Si habens cõtrouerſiã cũ alio đt mecũ cõe futurũ eſſe qcqd ex euẽtu litis ad cũ peruenerit,communicare tenetur quicqd ex tranſactione ad eum peruenit. ¶ In glo.j.ibi,videt̃ agi poſſe.de hac queſtione habes per glo.⁊ doc.C.de ſuffra.l.j. ¶ Ex lec.ant. ¶ Qđ ꝑcipitur ex trãſactione,dicitur percipi ex euẽtu litis.h.d.vel ſic,Qui promittit communicare euentũ litis, intelligitur etiã cõmunicare emolumentũ tranſactionis.h.d.

Mãdaui. Siue qs mãdatũ ipleat ſiue faciat aliqd eqpollens mandato, agit̃ mandati.h.d. ¶ No.ex h̃.§. ꝙ ſufficit fieri iuxta mãdatũ,vel eiꝰ ꝯſilio,⁊ ita no.gl.ꝑ hãc.ŝ.de ꝑcu.l.ad legatũ.⁊c.Vel ſic,hñs mandatũ de fideiubẽdo ſi obligat ſe mãdatario noĩe,ꝑinde eſt ac ſi fideiuſ.

a ¶ Vterqꝫ. de qua dictiõe vide etiã Franc. Are.in.l.iij.§. ex cõtrario. in prin.iij.col. de acqui.poſ.⁊ remiſſiue in.l.q duos.de vul.⁊ pup.⁊ in.l.ancille.C. de fur.

b ¶ Materiã. Vid Feli.in.c. cum illorũ. de ſent.exc.⁊ in.c. de deci.in fi.de ſimo.⁊ d. Ale. de Imo.in cõſil.lxj.in.ij.col. in prima ꝑte.

c ¶ In ꝑcario. Adde Lu.ro. ⁊ d. Alexã. de Imol. ĩ.l.iij.§. inter certã. de acqui.poſ.⁊ in l. ſtipulatio h̃ modo.ĩ.x. col. de verbo.ob.⁊ Bar.in conſil. inc.pater filio ſuo.

d ¶ Veritas. Et adde ꝙ ad caſum, ad quẽ veritas nõ extẽditur,nec fictio vnquã vẽdicat ſibi locũ, vt per Barto. Soc.in conſil. cxvj. inci. non põt negari ad quartum ⁊ vltimũ circa medíuꝫ in prima parte.

¶ Pro ſocio. Rubrica.

¶ In gl. Rub.qualiter in iſta actione formẽtur libellus,poſitiones,⁊ articuli:⁊ qualiter formetur inſtrumentũ ſocietatis, vide in Spe.in.iiij.par.de iudi.§.generalia.in prin. Collegas facit officium,ſocios labor vnus:Sed comites iungit comitiua:⁊ menſa ſodales. Iſti verſus ponuntur in cle.per gloſſ.

Societas. Iſta lex nõ ſummatur, qꝛ diſtinctionem ponit vſqꝫ ad.§.de illo in prin.iſtius.l.no.gloſ.mag.quot modis dicatur perpetuum. ¶ Ex lectur.anti. ¶ Not.hic gl.ꝙ perpetuũ dicitur multis modis,⁊ ſm ſubiectã materiã[b] dꝫ intelligi,facit.l. j.§.qui in perpetuum.ŝ.ſi ager vec.vel emph.pe.⁊.ŝ.de ſer.vr. pre.l.eum debere colũnam.⁊ ſi iſta dictio apponat̃ in ꝯtu emphyteutico, puta qꝛ eccleſia cõcedit ĩ emphyteuſiꝫ in ꝑpetuũ: dicũt qdã ꝙ intelligit̃ vſqꝫ in tertiã gñationem, vt in aut.de nõ alie.§.emphyteuſim.⁊ iſta fuit opi.Tho.de For.Ego credo ꝙ intelligat̃ in omnem generationem,vt extendat̃ inquãtum poteſt extendi ſecundum naturaꝫ contractus.Sed quid ſi conceditur ad tempus, nec determinatur quantitas tpis: dico ꝙ appellatione temporis indefinite prolati intelligitur decennium,vt.l.ſine prefinito.ĩ.de pe.⁊.C.de pe.incredibile.

☞ Obligationes ſunt a corpore inſeparabiles.

In ſocietate. In hoc.§.vide tex.qđ dñiũ acquirat̃ ſine traditiõe ſeu poſſeſſiõe:qđ vr̃ ꝯ tex.l.traditionibꝰ.C.de pact.cũ ſi.Sol.dic ꝙ hic interuenit traditio ficta,ex quo fit ꝯtus ſocietatis oim bonoꝝ,videtur inuicẽ poſſidere. ¶ Sed circa hoc quero,qd ſi alio titulo vniuerſali oĩa bona concedant̃ vniuerſaliter, an ad acquiſitionem dñij requiratur traditio:de hoc dic vt no. in glo.in.l.j.in prin.ĩ.pro dote in gl.que incipit,cum alijs ⁊c. ¶ Ex lect.anti. ¶ Ex cõtractu ſocietatis trãſit dñiũ ſine creditiõe,ſꝫ act.perſonales nõ trãſeunt ſine ceſſiõe.h.d. ¶ Not.hic ꝙ ꝑꝑ ſocietatẽ trãſfert̃ poſſeſſio tacite ſine actu corporali.Et iſta.l.vr̃ reſtringere ꝑcedentia ſolũ ad res poſſeſſas a cõitate:ſicut eñ ꝑcariũ nõ opat̃ in poſſeſſis,vt.l.intereſt.đ ac.poſ.ſic ſocietas ſm quoſdam:ſꝫ Azo đt ꝙ dñiũ trãſfert̃ ſine vlla traditione: ⁊ eſt ſpãle in ſocietate,ſecꝰ eẽt in alio ꝯtu ſpãli,vel gñali,vel in ꝯtu dotis,vt no.ĩ.de vſuc.ꝓ do.l.j.§.vniuerſe.vbi eſt gl.ſing. ¶ Sed hic quero,qd ſi alio titulo vniuerſali bona oĩa vniuerſa ꝯcedãtur,an reqrat̃ traditio ad acqſitionẽ dñij: dic ꝙ ſic,vt no.hac gl.cũ tex. ¶ Scđo no.ꝙ pñtia tpe ꝯtus fiũt ipſo iure cõia,ſꝫ poſtea q̃ſita ſunt cõicãda:⁊ deſiderat̃ in illis traditio facti, vt ĩ.e.l.ſi qs ſoc.ſm gl.facit qđ no.ŝ.ſi cer.pe.l.ſi ſociꝰ.Ex hoc ar. ad.ij.q. ꝑmo ꝙ ex q̊ ſocietas ⁊ ꝑcariũ eqparant̃ q̃tũ ad tacitã traditionẽ, ꝙ ſicut in ſocietate reqrit̃ vera traditio futuroꝝ, c ita in ꝑcario[c]:vñ ſi obligo tibi oĩa bona mea pñtia ⁊ futura,⁊ ꝯſtituo me ꝑcario noĩe poſſidere: iſta ꝯſtĩ ꝑcarij nõ operatur circa futura. Effectꝰ eſt iſte,qꝛ ꝑ pñtibꝰ ſi iteruertat̃ poſſeſſio, põt agi ꝯdic.ex.l.vl.C.de acq.poſ.nec reqrit̃ excuſſio:ſꝫ ꝑ futuris opꝫ agi hypothecaria ꝑcedẽte excuſſiõe debitoꝝ ſm Vber. đ Bo.⁊ Alb.Pap.Itẽ facit ar.ad.q.de eo q donat eccleſie bona pñtia ⁊ futura,vt quo ad futura non querat̃ dñium : qđ eſt no. ¶ † Tertio no.ꝙ obligatiões ſunt inſeparabiles a corpore,⁊ actiones inde naſcentes: ⁊ pro tanto reqritur ceſſio, q̃ hꝫ vim traditionis,vt no.hic,⁊.ĩ.de do.l.pe.⁊ facit qđ not.ŝ.mã. l.ſi habentẽ. ¶ In gloſ.rerũ.qꝛ ſi fingeret̃ ficta traditio,eſſent due fictiones contra no.ŝ.mand.l.ſi vero non remu.§.plane.⁊ ibi impoſſibile,arg.ŝ.ex qui.cau.ma.l.deniqꝫ.

Ea vero. No.ꝙ difficilius ſeparantur perſonalia iura ⁊ actiones q̃ corporales res,vt hic vidiſtis in.l. quis ergo caſus.ŝ.đ pec.Que aũt ſit rõ huius: dic vt no.hic glo.q̃ incipit,rerum. ¶ Sed aduerte ad iſtã glo.inquantũ dicit ꝙ qꝛ in incorporalibus nulla eſt ꝓpria poſſeſſio, vel vera traditio, nõ põt fingi interueniſſe:qꝛ ad illud dñium ſe porrigit fictio, qđ per rerũ naturã non eſt impoſſibile:nã ex hoc dicto glo.no.ꝙ ibi demum hꝫ locum fictio, vbi eſt poſſibile ꝙ habeat locũ veritas.idẽ no.ĩ.de li.⁊ poſt.l.Gallꝰ.§. ſi eiꝰ.in gl.q̃ incipit,rũpẽdo.circa fi.ꝓbat̃ hoc ex ꝯiũctione duaꝝ.ll.vꝫ.l. adoptio.ŝ.de adop.vbi tex.đt ꝙ fictio imitat̃ naturã cõiũcta.l.filio quẽ pr̃.ĩ ꝑn.ĩ.de li.⁊ poſth.vbi đt ꝙ adoptio eſt fictio:fictio ḡ imitat̃ natura,ergo fictio hꝫ locum,vbi põt hr̃e locũ v̈itas[d].quod not. d

De illo queritur. Iuſta hereditas dicitur illa,que ab inteſtato defert̃, h.d.Et no.caſum ſingularem iſtius.§. ¶ Not.verſ.iuſta.poni pro legitima.⁊ ſic ſignificat promiſſionem legalem.

Societatẽ. In gl.ibi,ſolutio.dic ꝙ ſocietas põt non ⁊c. Tu vero dic ꝙ põt cõtrahi egeſtate.i.ceſſione bonoꝝ, que fit ꝑꝑ egeſtatẽ vectigalis.ſ. cõducendi vel conducti cõtrahere,⁊ pacto: quod

declaratur

declaratur re ipſa vel ipſo actu,ar.§.ſ.l.pactum.⁊.l.itaqꝫ. Itē poteſt contrahi verbis.i.conſenſu verbis declarato quod no.

Societas. Iſta.l.non ſummaꝛ, qꝛ breuis ⁊c. ¶No.ex.§.ſocietas ar.equiparari nobiles⁊ literatos quo ad beneficia obtinenda. ¶Scdo no.induſtriā eqparari facultatibus:ſic.ſ.in ea.l.ſi nō fuerant. Et eſt ar.ad impoſitio.collectaruʒ,vt ſic conſiderenꝛ ibi pſone pro facultatibus. ¶Not.ꝙ induſtria ⁊ patrimoniū ponuntur vt ſeparata,facit.ſ.de mu.⁊ hono.reſcripto.§.fina.

Societas. Iſte.§. non ſummatur, qꝛ breuis.in gl.ſi.⁊c. ¶Nota hāc gl.⁊ vide qđ not.ſ.de contrahen.emp.l.in venditione ⁊c. ¶Additio. ¶Poteſtas alicui ſimpliciter conceſſa in dubio ſignificat arbitrium boni
a viri[a].h.d.Caſus ſimilis not.ſ.de fideicom.li.l.thais. ¶Not. ꝙ bonus arbiter dʒ diſtribuere ſm merita perſonarū,ſm al's circunſtantias.Et eſt ar.ad diſtribu.officiorum qđ no.Et facit ad.q.que poſſet venire de facto,quidam poſuit ſe in manibus domini ſui:⁊ dicit,ego pono me in manus veſtras,condēnetis me in quicquid vultis,ꝙ non pōt ipſum condēnare niſi arbitrio boni viri,vt hic,⁊.ſ.loc.l.iij.in prin.de contrah.emp.l.venditio.⁊ vide omnino in ſimili tex.⁊ qđ no.de inſti.cum veniſſent.⁊ extra de iureiur.c.Quintauallis.

Viri ſocietatē. In ſocietate ſimpliciter contracta lucra tm̄ perſonalia veniunt cōmunicanda.h.d.no.text.q dicit ſimpliciter.nā vides hic ſignificationē iſtius vbi, ſimpliciter, quantū ſine diſtinctione vel ſine aliqua replicatione.idem habes in.l.tanquā.C.de fideicom.Idē habes in.l.manifeſtiſſimi.
b C.de fur.ſ.de ver.ob.l.j.§.ſi quis[b] ita.⁊.l.inter ſtipul.in pn.e.ti. ¶Additio. ¶Coiri. Ubi pactum nō diſtinguit nec nos:qn imo dic contra.ſ.ꝙ pactū indiſtincte cōceptum recipit interpretationem reſtrictiuam. ¶No.ꝙ ſocietas ſimpliciter contracta pertinet ſolum ad negociationem,⁊ lucrū, ⁊ dāna inde naſcentia,non ad alia puta donationes ⁊ legata.vide Bar.in l.ſi patruus.C.commu.vtri.iud.

Nec adiecit. No.tex.in ſi.cū quo text.cōcor.ſ.tit.j.l.idemqꝫ.§.ſi.⁊c.Ex quo habes ꝙ quelibet liberalitas in alium colla[ta] preſumitur ob meritum,econtra pena preſumitur ob demeritū, vt ſ.de ma.teſt.l.centurio.adde ꝙ no.Cyn.in.l.j.C.de ſac.ſanc.ec.⁊ Bar.in.l.ſi is qui ſtichum.de act.⁊ oblig.

Sed ſi. No. hic tex.no.ex quo habes ꝙ quando vnum verbū ſpāle adijcitur alteri generali,reſtringit eius ſignificationeʒ.quod no. ¶Additio. ¶Sed ſi adijciaꝛ. Not. ꝙ vbi poniꝛ ſpecies,⁊ ſpeciē ſequiꝛ genus,illud gen⁹ arctaꝛ ad illā ſpeciē, ſed iſtud eſt propter naturā Zctus,vt.ſ.e.l.coiri.ad idem facit ꝙ ſpecies reſtringit genus.ſ.de v̄.ſig.l.ſi cum fundū. de vin.⁊ oleo leg.l.fin.§.cui dulcia.de pe.leg.l.nā ꝙ liquide.§. ſi cui.de leg.ij.l.legatorū.§.qui plures.de her.inſti.l.qui nō militabat.§.ij.⁊.l.cum in teſtō.§.vlt.ꝙ declara vt no.Jac.Bu.in.q.de legato relicto mercatoribus ⁊ artificibus artis lane. ¶In tex.ibi,q̄ſtus.nomen ſpeciei. ¶In text.ibi lucri,nomen generis.

Si conuenerit. Pactū ne intra certum tp̄s res cōis diuidatur,nō operaꝛ ne a ſocietate recedaꝛ. Iteʒ ſocietati nō pōt intēpeſtiue renuntiari , poſito ēt ꝙ non ſit dictū niſi in caſibus hic expreſſis.h.d. ¶Not.ex hac.l.in v̄ſ.ſed ſi ꝫuenerit. ꝙ ſi aliqs ꝫuenit cū aliquo de nō petēdo diuiſionē rei,vel de nō recedēdo a ſocietate infra certum tp̄s: qꝛ iſta cōuentio intelligiꝛ,ſi ⁊ inquantū promiſſa ſeruenꝛ,⁊ ſi ⁊ inquantū ſocius non ſit moleſtus:quod tene mēti ꝓ eo qđ teſtōres ponunt in teſtamētis,ꝙ filij nō pn̄t diuidere intra certum tp̄s:qꝛ iſtud dʒ intelligi cū conditionibus ſapradictis. facit etiam ꝙ licet minor de iure cōmuni nō poſſit ꝓuocare ad diuiſionē,tn̄ dʒ intelligi niſi ſocius ſit ſibi moleſtus:ita quod eum expediat ſtare in communione,vt hic:facit etiam.l.iubemus.in prin.ibi,predia diuidere ⁊c.C.de ſac.ſan.ec.qđ ibi no.per doc.ad idem quod no.p Jac.de Are.in.l. ſi pupillorū.ſ.de reb.eo. ¶Secundo no.tex.in.l.idēqꝫ.ibi,facili ⁊c.nam p hunc text.limitantur multe.ll.text.nā vbicunqꝫ.l.dicit ꝙ aliquis dʒ mittere procuratorem, dʒ intelligi ſi ſibi ſit facile idoneū inuenire:⁊ ideo ſi vis repellere aliquē,qui procur.non miſit,debes probare ꝙ de facili procurator haberi potuit , preſumitur tn̄ ꝙ de facili haberi potuit , ſi eſt ciuitas vel locus inſignis, vbi ſunt multi ꝓcu.ar.l.ſi quis duas.§.ſunt quedam.ſ. de excu.tu.⁊ in.c.ſtatutum.extra de reſcript.lib.vj. ¶Additio. ¶Si cōuenerit.Aliud eſt pactum de non diuidendo res,aliud eſt pactum de non diſſociando ſe a ſocietate. ¶Item pactū de non diſſociando intelligitur de non diſſociando ſe intēpeſtiue,ſed eo tēpore quo vtriqꝫ expedit diſſociatio, niſi ex cauſa ſin.ſ. de ſol.cum ſtichus. Itē ante tempus pōt ſocietati renuntiari ex cauſa,puta ꝙ nō ſeruanꝛ ꝓmiſſa,ſic.ſ.de lo.pu.fru.l.j.in ſi.ſic ꝗ ꝓpter malos mores ſocij. Itē qui dʒ diu abeſſe,pōt ante tempus renūtiare , ſi nō poſſit p aliū eque cōmode explicare facta ſocietatis:⁊ pactū de nō diuidēdo repellit a petitione diuiſionis etiam ſingularem ſucceſſorem.h.d. vſqꝫ ad.l. ſed ⁊ ſocius. ¶Not.arg.ꝙ teſtator pōt iubere heredibus ne diuidāt:facit ſ.de leg.ij.l.ſi.§.Lucius.per Ja.Pōt etiam mādare filijs ſuis vt ſimul habitēt in eadē familia,de cōdi.⁊ demō.l.ſʒ ſi hui⁹.§.ſi.tn̄ iſtud mandatum pōt pretermitti ex iuſta cā,puta ſi vnus ex fratribus velit tenere concubinā.Et idē de ſcholaribus ſocijs:qꝛ alius nō dʒ pati,vt no.de vſu.⁊ hab.l.nō aliter. ¶Secundo no.in ſi.huius.l.ar. ꝙ lʒ lex ꝓhibeat minorē prouocare
c ad diuiſionē,tn̄ ſi hʒ cōſorteʒ moleſtum poſſit[c]. Itē ſi teſtator ꝓhibeat filios adinuicem diuidere per hanc.l.facit.ſ̄.fa.erciſ.l.Lucius ⁊ Titia.⁊ qđ no.Ja.de aut.tut.l.inter pupillos.

Idemqꝫ. Iſta.l. non ſummatur, qꝛ ſummata eſt cum precedentibus. ¶Additio. ¶Qn̄ quis teneatur mittere procuratorem ⁊ qn̄ nō, qn̄ nō pōt competere,dicitur in.l.ij.§.ſi quis in iudicio.ſ̄.ſi qs cau.⁊ ex quib.cauſ.ma.l.ſed ſi per procuratorem.§.ſi.Cy.C.de teſt.mil.in.l.qđ non. ¶Not.ꝙ ſocius poteſt facere ſociū procuratorem.ſ̄.manda.l.idemqꝫ.§.ſi tutor.

Qui igitur. Nota in hoc.§.in v̄.ſed ſane.ꝙ ius excipiendi tranſit ꝫ ſingularē ſucceſſorem.ad idē facit qđ videbitis in.l.communi.l.ita hoc induciꝛ.§.plu.vr̄.C.loc.l.emptorem.⁊ ideo dic vt ibi per Cy.in.iiij.oppo. ¶No.ex.§.qui igitur.arg.ꝙ colonus partiarius non poſſit expelli ab emptore ſicut nec habens res communes prouocari ad diuiſionem contra tenorem pacti.qđ dic vt no.p Cyn.C.loca.l.emptorem.ſecundum Bar.⁊ adde hic qđ no.C.de cōdi.ob cau.l.ea le.in fin.magne.glo.⁊ pro hoc facit tex.ſ.locat.l.ſi merces.§.vis maior,⁊ tex.ſ.depoſi.l.j.§.ſi quis ſeruum cuſtodiendum.vide Bar,in.l.ſi filio.ſolu.matri.⁊ in.l.apes. de fur.⁊ vide.c.ſi quis in ius.de reg.iur.lib.vj.per Dyn.⁊ per In no.ſ.lo.l.ſi merces.§.qui fundum.

Sed ⁊ ſocius. Non ſummaꝛ, qꝛ ſummata eſt cum precedenti:facit ad no.ſ̄.de alie.iu.mu.cau.fac.l.iij.§.opus.

Si abſenti. Renūtiatio preiudicat renūtiāti ſtatim , ſed aduerſario non ꝑiudicat niſi
c poſtꝙ̄ peruenerit ei in notitiā.facit.ſ̄.de iureiur.l. Labeo.vel ſic,renūtiatio facta ignorāti vʒ quantū ad ꝑiudicium renūtiationis cōionis, ſed nō quantū ad preiudiciuʒ ignorantis.h.d. ¶Not.ergo ꝙ lucrū veniens in ſocietate ante ſn̄iam diuiſionis debet eſſe cōe.ſecus de dāno,vt hic. Itē no.ſi ſn̄ia feratur pro reo poſt reuocationē procur.cōmunis,⁊ ante notitiā ipſi⁹ rei proderit ei:ſecus ſi poſt feratur,vt ptʒ ex hoc text. ad qđ.l.inter cauſas.in prin.ſ̄.ti.j. nam ſcias ꝙ reuocatio procurationis poſt lit.conteſt.debet tranſire in ſcientiaʒ iudicis ⁊ partis vt no.dicit gl.in.c.mādato.extra de procu. quod verū in iudicialibus,in extraiudicialibus ſufficit venire in notitiam procuratoris,de reſcri.c.ex parte decani.de procu.c. ex inſinuatio. ¶Querit hic Bart.que eſt ratio iſtius.§.ſi.que eſt rō ꝙ illud quod acqrit abſens dʒ eſſe illus, nō autem debet cōmunicari? Reſpōdeo qꝛ abſens gerit negocia nomine ſocietatis, que ſocietas iam eſt finita quantum ad ipſum renuntianteʒ,merito lucrum factuʒ per abſentē non dʒ ei cōmunicari: ſed ſi abſens hoc ſciret ⁊ negocium nomine communi gereret licet illud lucrum per actionem pro ſocio nō teneretur cōicare: qꝛ ſocietas eſt finita , teneretur tamen communicare per actionē ne.geſt.eo qui renuntiauit locum habente,vt.ſ.e.l.vt in condi.in ſi.⁊.l.poſt diſtractum.ſ̄.de neg.geſt.l.ſi negocia.⁊.l.litis.

¶Sequitur ex lectura antiqua.

Si ſeruus ſoci. Iuſſus domini non diſſoluit ſocietatem ſerui, ſed requirit factum ſerui.h.d.

Quia admittitur. Si meus ſocius admittit in ſocietatem aliū ſociū,admiſſus mihi ſocius nō eſt, ⁊ pro facto illius admiſſus mihi teneꝛ,⁊ ei ēt teneꝛ admittēs pro facto meo.h.d.vſqꝫ ad.§.q̄ritur in.l.de illo.Uel ſic,ſi vnus ex ſocijs aliuʒ ad ſocietatē admittit ſibi ſoli ſociū facit,⁊ ei⁹ facto alijs teneꝛ, cū eo ipſe ſolus cōmunicat:⁊ ꝙ ab eo conſequiꝛ alijs cōicabit, nec liberatur cedendo contra eum act. ⁊ cōmunionē cūʒ dāno nō cōpenſabit.h.d.Iſte caſus quotidie cōtingit in emptorib⁹ cōmunanciarum ciuitatis ⁊ ſocietatū: qꝛ ſepe aliqui eorū accipiūt ſocios in pte ſua ad lucrū ⁊ dānū , iſti aſſumpti erūt ſocij aſſumētiū ⁊ nō ceterorū.Et not.ꝙ colligati cū colligato meo, nō ſunt mecū in liga,nec poſſunt a me requirere qđ eſt veriſſimum.vide qđ bene no.Bar.C.e.l.j. ¶Quero,qdā emit gabellā cōis poſtea vēdidit alteri,iſte emptor exercuit offm̄ recipiēdo ōbitū ꝓ gabell',poſtea dn̄s gabellari⁹ effect⁹ ē nō ſoluēdo

a ¶Boni viri. Adde Feli.in rub.de of.del.in.ij.col. in v̄ſ.⁊ hoc verbuʒ.

b ¶Si quis. Ubi vide do.Alex.ꝺ Imo.⁊ Fran.Are.⁊ Felin. in.c. de cauſis. §. preterea.de of.dele.⁊ Frā.Aret.in.l.j.in princi.in.ij.colū.in.ij.not. ꝫe vulga.⁊ pupil.

c ¶Poſſit. Adde eundē Bal.in.d.l.Lucius.ſ̄.famil.erciſ.⁊ qđ ibidem dixi in apoſtil,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

⁊ aufugit, queritur an commune poſſit habere recurſum contra ſecundum emptorem, primo exiſtente non ſoluendo.

1 ☞ Cõſanguineus mei ꝯſanguinei nõ eſt meꝰ ꝯſanguineus.
2 Socius inimici mei, an dicatur meus inimicus.

1 **NAm ſocij.** † Ꝗo. ꝙ ꝯſanguineus conſanguinei mei nõ eſt meus ꝯſanguineus. Itẽ ꝙ ſi loquoꝛ cũ loquente cũ excõmunicato nõ propterea ſuz excõicatus. Itẽ facit hec
a l. ꝙ vaſallus vaſalli mei, non ſit vaſallus meus[a], de quo ꝑ doc. in l. Modeſtinus. alleg. in glo. ⁊ de leg. iij. l. pater. §. duobus. ⁊ no. per glo. de diuer. ⁊ temp. preſc. l. Claudiꝰ. qui po. in pi. ba. Item ꝙ libertus liberti mei, nõ eſt meus libertus, vt. d. §. duobus. Itẽ ꝙ ſocius ſocij mei non eſt ſocius meus. ⁊ ſoluere nõ teneoꝛ pro eo ſi dicit ſtatutum ꝙ ſocius teneatur pro ſocio.
2 Sed † an ſocius inimici mei dicatur inimicꝰ meus[b]: dic vt. l.
b ſciendum. quod no. pro ſuſpicione teſtium ⁊ iudicis.

a ¶ Meꝰ. Vide Feli. in. c. ꝗ in eccle. de cõſti. in. xxvj. col. verſicu. vj. declara.

b ¶ Inimicus meꝰ. Vide Feli. l. c. accedẽs. el. ij. vt lit. non conteſt. ⁊ in. c. quoties. de teſti. ⁊ in. c. repellẽ. l. ſi. de accuſ. ⁊ do. Alex. de Imo. in conſi. ccix. in. j. pte.

DE illo. Summata eſt cuz precedenti, ideo non ſummaꝛ. Itẽ qui querit lucrũ factum ꝑ ſociũ admiſſum ꝑ vnũ ex ſocijs, nõ dꝫ cõpenſari cum dãno illato culpa ipſius. h. d. vſq; ad. l. non ob eã. ¶ Additio. ¶ De illo. Qui teneꝛ rõne culpe non liberatur cedẽdo actionem. ⁊ lucrũ cõtingẽs ex induſtria non compenſatur cũ dãno cõtingẽte ex culpa. h. d. Ibi, qua culpa. ¶ Ꝗo. ex tex. cũ glo. ſi ſocius. ꝙ qs cedẽdo actionẽ nõ liberaꝛ, tñ in ꝯtrium vr. ff. ſolu. ma. l. etiã. in fi. ⁊. ff. de iniur. l. ſi qs vxo. §. apud Labeonẽ. ſꝫ hic nõ erat ꝑ act. ceſſionem. facit ad. q. de nũtio meo, qui portabat rem mandato meo, quã perdidit. de qua in. l. ſi is cui. j. de fur.

NOn ob eam. Ꝗon ſummatur qꝛ ſummata eſt in glo. fi. no. hanc gl. ⁊ vide quod no. in. l. eum. ⁊ l. ſeq. hic alleg.

OMne es. Es ſocietate ꝯctũ dꝫ ſolui de cõmuni: ⁊ ſi debitũ eſt ſub ꝯditione vel in diẽ, dñt interponi cautiones de ſoluẽdo adueniente conditione vel die. h. d. cum. l. ſeq. ¶ Ꝗo. ꝙ vbi ante cõditionis euentum imminet periculum ſuſpicionis, põt creditoꝛ petere ſibi cauere ꝑ fideiuſſoris dationẽ: ⁊ ſic ſuſpicio facit ante tp̃s cõpetere actio. quod no. pro debitoribꝰ ſuſpectis. ad qđ. ſ. mã. l. Luciꝰ. qđ ĩtellige niſi ſuſpicio dãnata immineret: vt not. ꝑ doc. C. de iur. do. l. vbi adhuc. facit. ſ. de iud. l. in oĩbꝰ.

SI ſocij. Iſta. l. eſt in arg. ꝙ commiſſarij non poſſint agere contra heredẽ, ante tẽpus excuſſionis. h. d.

SI non fuerint. Si iter ſocios nõ fuerint ꝑtes adiecte, cuz contracta fuit ſocietas, intelligitur facta ſocietas ꝑ partibus equalibus. h. d. vſq; ad. §. Ariſto. no. glo. ſuper v̄bo, ſocietas. ⁊ ſuper verbo, ſolus. ¶ Ex lec. antiq. ¶ Socij partibus non expꝛeſſis debent ferre partes equales, ⁊ ex pacto põt quis plus ferre lucri ꝙ̃ dãni, ſed non totum lucrum vel totuz damnum: qꝛ eſſet ſocietas leonina. ¶ Additio. ¶ Si non fuerint. ¶ Ꝗo. ꝙ in ſocietate nõ valet pactuz de tota, ſed bene valet de quota, hoc eſt dictum: nõ valet pactum vt vnus habeat totum lucrum, ⁊ alius totũ dãnum: ſed bene valet vt vnus habeat partem lucri, ⁊ nihil dãni ob ſingularẽ induſtriaz ꝑſone, vt. §. ita coiri. ¶ In text. ibi, equales. intellige de parte lucri ⁊ dãni nõ de capitali: qꝛ in diſſolutione ſocietatis ille, q poſuit capitale, dꝫ illud regrere ſi extat: vt. j. e. l. cũ duobꝰ. §. ſi in coeũda. ſm Iac. de Are. q ita no. i. l. j. C. ꝑ ſoc. dic vt ibi. ¶ In tex. ibi, opere. vide qđ no. Cy. C. de do. ꝑmiſ. l. ſi volũtate. in vlti. q.

Ariſto. Illa ſocietas, ꝙ vnus habeat lucrũ, alius damnum, dicitur eſſe leonina, ⁊ non valet. h. d. in glo. que incipit. ſ. totum. l. ſed cum maioꝛem.

c **MUtius lib. xiiij.** Lucrum dicitur deducto dãno[c], ⁊ dãnuz dicitur deducto lucro. h. d. ¶ Additio. ¶ Mutius. Duo contraria ſimul locum habere nõ poſſunt. h. d. ¶ Ꝗot. ꝙ pactum ꝙ quis habeat duas partes lucri ⁊ tertiã dãni, nõ poteſt habere locum, ⁊ ſimul ⁊ ſemel, ex vtroq; capite, ſed ex altero ſolo: qꝛ lucrũ ⁊ damnum ſimul eſſe non poſſunt, ſed in eo ꝙ reſtat per modum lucri vno deducto de alio habet locũ. c. de lucro. ⁊ ſi reſtaret damnum habet locum. c. de damno. h. d.

c ¶ Dãnõ. Add. de Paulꝫ de Caſ. in ꝯſ. clv.

d ¶ Nõ trãſit. Adde Paul. de Ca. in cõſi. ccxxxv. lci. viſis ⁊ ponderatis. ⁊ vide do. Alex. d Imo. in. l. adeo. C. e. titul.

UT ſit pro ſocio. Ad h̄ vt habeat locũ actio pro ſocio, non ſufficit rẽ eſſe cõem, niſi ſit ex ꝯuentiõe interce dente aĩo ꝯhende ſocietatis: alias ſi res ſunt cões, alia de cã habent locuz alia remedia. h. d. vſq; ad. l. nemo. Uel ſic, actio pro ſocio oꝛitur ex contractu ſocietatis non ex rerum cõmuniõe. h. d. Uel ſic, actio põt eſſe, materia exiſtẽte ex qua.

NEmo poteſt. Societas ad heredem non tranſit, niſi ſit dictum. h. d. vſq; ad. l. pro ſocio ⁊c. non ſummatur, quia bꝛeuis. ¶ Additio. ¶ Nemo. Societas non tranſmittitur ad heredẽ. h. d. Et ex hoc apparet, ꝙ ſi aliqs ſit de aliquo collegio vł ſocietate, ⁊ decedit ꝙ heres eius nõ ꝑpterea intelligitur eſſe de illo collegio, qꝛ nõ trãſit ad heredẽ. ¶ In gl. ĩ fi. dic hoc verum, tribus tñ cõcurrentibus. ſ. ꝙ ſit ſocietas publicoꝝ vectigaliũ, vel ſimiliũ, ⁊ ꝙ ſit facta mẽtio heredis, ⁊ ꝙ heres ſit idoneus. j. l. verũ. §. in heredibꝰ. ⁊ not. in. d. l. adeo. qđ not. pro ementibus gabellas. Ratio diuerſitatis inter ſocietatem priuatam ⁊ vectigalium, eſt: qꝛ ſocietas vectigalium eſt neceſſaria, ⁊ non pendet ex libera voluntate, ideo tranſit ad heredẽ.

Plane. In tex. ibi, nouo cõſenſu. ⁊ ſic in perſona heredis non eſt prima ſocietas, ſed noua. h. d.

PRo ſocio. Ꝗon ſummatur, quia bꝛeuis. Ꝗota tex. ibi, ſiue generali ⁊c. Ꝗo. iſtum tex. ꝙ quedã ſunt iudicia generalia, que daꝫ particularia ſeu ſpecialia vt hic, de quibꝰ habuiſtis. no. in. l. j. in prin. ſ. de edendo ⁊c.

¶ Additio. ¶ Pro ſocio. Cautela futuroꝛuz ſpectat ad iudicez tã in gñalibus iudicijs ꝙ̃ ſpecialibus, vbicũq; equitas ſuadet. h. d. ¶ Ꝗo. ꝙ q̃dã iudicia ſunt gñalia, q̃daꝫ ſpecialia, quedaꝫ vniuerſalia, de quibus dic vt. l. j. ſ. de rei vẽ. ¶ In gl. ibi, de vſuris. l. j. de ſol. ibi tractatus futuri tempoꝛis nõ erat connexus cum pꝛeſenti tempoꝛe, hic ⁊ ſic non obſtat.

d **HEres ſocij.** Societas ad heredem nõ trãſit[d], tamẽ inchoata per defunctum debent per heredem explicari. h. d.

¶ Additio. ¶ Pro intellectu iſtius. l. vide. l. nemo. ⁊ qđ no. j. e. ⁊. l. ſi ſociꝰ. ſ. ſi cer. pe. ⁊ qđ no. Cy. in. l. cũ te. C. ſi cer. pe. ⁊ cũ hac. l. ꝯcoꝛ. l. nã ⁊ ſeruꝰ. §. ſi meuio. ij. rñſo. ſ. de neg. geſt. Et qꝛ hec. l. dicit, an ſocius ſuperueniens poſſit aliquid adminiſtrare: io dic, qñq; adminiſtratio erat in totuz amodiata defuncto: qꝛ ſolꝰ adminiſtrabat, ⁊ tũc hr̃s ſeruus inchoata explicare teneꝛ, vt hic nõ obſtãte ꝙ tacitũ mandatum, ꝙ habeat defunctus, ꝑ parte ſuperuenientis intelligaꝛ moꝛte defuncti eẽ finitũ, vt ꝑbaꝛ. ſ. de ex. l. j. §. ſi plures. ⁊. j. e. l. hac. §. moꝛte. ⁊. §. ſeq. v̄. ꝙ ſi integris oĩbꝰ. vbi dꝛ ꝙ ſicut moꝛte finiꝛ madatum, ſic ⁊ ptãs attributa ſocio defuncto. ꝯcoꝛ. cũ hac. l. j. de fideiuſ. l. j. ⁊ qđ ibi no. Qñq; ſolꝰ ſuꝑueniẽs habebat adminiſtrationẽ etiã ꝙ̃uis ptãs ꝑ defunctũ tacite collata viuenti eius moꝛte, reuocata videaꝛ, ſolus ſuperueniẽs teneꝛ inchoata nihilominus explicare, vt. d. l. nã ⁊ ſeruiꝰ. §. ſi meuio. ij. rñſ. ⁊. d. l. hac. v̄. qđ ſi intelligiꝛ. Sed qd ſi ambo adminiſtrauerũt, ⁊ vnꝰ deceſſit: vr̃ ꝙ ſolꝰ ſuꝑuiuens poſſit indiſtincte adminiſtrare inſolidum, vt poterat altero viuẽte, vt dicit gl. in. d. l. nemo. dicẽs ꝙ quilibet duoꝛum adminiſtratoꝛum ſimul adminiſtrantiuꝫ põt inſolidũ adminiſtrare, vt. l. ſi plures. ⁊. ſ. man. l. creditoꝛ. §. duobus. ⁊ qđ ibi no. per gl. ⁊ Bar. cõtrarium no. de procu. l. pluribus. ⁊ pro hac parte facit. d. l. ſi nemo. l. ſi fideiuſ. cogita.

SI quis a ſocio. Stipulatio penalis non nouat ꝑ̃cedentez conuentionẽ interpoſita ex cã non lucratiua, ſed act. facta per vnã, tollitur alia quatenus concurrunt. h. d. cũ. l. ſeq. ¶ Ꝗo. ꝙ dixi in ſummario: ſed ſecus eſſet ſi precedens cõuentio eſſet appoſita ex cã lucratiua: qꝛ tunc induceret nouatio, vt. l. obligationũ fere. §. fi. j. de act. ⁊ obli. videbitis in. l. pꝛedia. de acc. empt. ⁊ ꝑ hoc habes ſol. j. que querit an in dubio in caſu noſtro videatur facta nouatio ⁊c. ¶ Additio. ¶ Si quis. Qui petit penã nõ poteſt petere rem ſeu intereſſe, niſi quatenus eſt plus in re, ꝙ̃ in pena. h. d. Uel ſic, pena cõuentionalis ſuccedit loco rei. h. d. dic vt. ſ. de eo qđ cer. lo. l. fin. ⁊ vt ibi not. ar. huiꝰ. l. dic ꝙ ſi eſt appoſita pena in ꝯctu emphyteutico ratione non ſoluti cenſus, ⁊ emphyteuta ſoluit penã, ꝙ nõ cadit a iure ſuo: qꝛ vr̃ ſoluiſſe cenſum ſoluẽdo penũ, que ſuccedit loco cenſus. Et adde qđ no. in Spe. de loc. §. nunc aliqua. verſi. xxxvj. ⁊ tribus ver. ſeq. ibi pena. ſ. petita. non enim fit nouatio in ꝯctibus bone fidei ſola cõmiſſione penali, vt. j. de act. emp. l. pꝛedia. ¶ Ꝗo. iſtã. l. ꝙ agẽdo ad penã vr̃ receſſum ab act. ꝑ̃ncipali: qđ eſt verũ, ſi pena tantundem continebat, quatũ erat in ac. pꝛincipali qđ no, per. l. non diſtinguemus. ſ. de arbitr. ⁊ pro limitatiõe. l. Celſus. ſ. e. ti. vide quod no. in Spe. de actis.

SI actum ſit. Actio cõmuni diuidũdo, ⁊ actio pro ſocio, habẽt ſe vt excedentia ⁊ exceſſa: ⁊ ideo vna per alteram non tollitur in totum. h. d. gloſſ. etiam ponit caſum in hac. l. ⁊ optime text. declarat.

SI margaritam. In gl. ſua in fin. in dubio aũt vbi aliõ non apparet, pꝛeſumetur eſſe cõtractum innominatum: ⁊ hoc videtur velle text. iſte dũ dicit animo ſocietatis ⁊c. ⁊ qđ ſequitur, ſi minus ⁊c. facit ad idem. C. e. ſi cum tractatu. ⁊ hoc tenet Iaco. But. ⁊c. ¶ Ꝗot. ex hac. l. qualiter pꝛobatur animus contrahende tacite ſocietatis. ⁊ dic vt in gloſ. ⁊. j. e. l. cum duobus. §. ſi fratres.

Rei communis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Rei cōmunis. Actio rei ꝑſecutoria non tolliť ꝑ penalē vel ecōtra. ſed vna ꝑſecutoria bn̄ tolliť ꝑ aliā perſecutoriam.h.d. vſqꝫ ad.l.merito. ¶ In gloſ.mag.ibi,in.l.fin.§.j.ſed certe ibi fuit furtū ab alio cōmiſſuꝫ nō a cōmodatario.⁊ facit ad iſtas ll.⁊ maxime ad.l.ſꝫ ⁊ ſi.ad.l.ſꝫ actio.ꝭ.de actio.⁊ obl.l.q ſeruū.§.vlt.⁊c.vide qđ no.in Spe.de ac.ſeu pet.§.ſequiť.v̄ſi.ſed nō eſt omittendū.Et quando plures actiones competūt ad diuerſa vna electa altera nō tolliť.ad qđ vide not.per doct.in.l.j.C.de fur.⁊.l.qđ in heredem.§.eligere.ſ.de tributo.

Merito. Not.ex hac.l.ꝙ in dubio ꝓſumiť qs vti iure ſuo.⁊ đt gl.ꝙ hec eſt notabilis ꝓſumptio ꝙ quis ꝓſumať facere ſuo iure.Et aduerte ꝙ talis ꝓſumptio admittiť ad liberationē.⁊ hic eſt caſus in.l.nr̄a.non aūt talis ꝓſumptio admitteret ad condemna.vt.ſ.de iureiuran.l.qui iuraſſe.§.ſi pater.

¶ Additio.¶ Merito.No.ꝙ factū ſemꝑ dꝫ īterꝑtari in bonā ꝑtē.⁊ ꝙ in dubio qs ꝓſumiť vti iure ſuo.et qđ in dubio nō ꝓſumiť delictū nec in re vt hic,nec in ſpe:vt no.C.de peti.her.l.ſi poſt morā.⁊ Bart.de ope.no.nū.l.nō ſolū.§.ſed vt ꝓbari. Itē no.per hāc.l.qđ in dubio qs ꝓſumitur poſſidere pro ſuo qn̄ hꝫ titulū:vt no.in.l.ij.C.de ac.poſ.adde qđ no.in.l.ſi duo fr̄es.ff.de acquirē.here.Itē no.ꝙ poſitū in dubio dꝫ intelligi potius ꝙ delictum excludat q̄ includat,⁊ ſic in benigniorez partem interpretatio fieri dꝫ,non ſolum ad pene interpretationē,ſed etiā ad moduꝫ procedendi.qđ not.ꝑ cōcluſionibus libellorū ad qđ vide.ꝭ.de penis.l.ſi preſes.⁊.l.interpretatiōe.

Cum duobus. Veniens ꝯ mādatuꝫ vľ ꝯ ꝯctum innominatum nō tenetur,ſed veniens ꝯ ꝯctū ſocietatis teneť actiōe ꝓ ſocio.h.d.¶ Pro declaratione iſtiꝰ text.q̄ro que eſt rō diuerſitatis inter primū caſum ⁊ ſecundum.Rn̄deo qꝛ in ꝑmo caſu ſiue dicamus eſſe mendatū ſimplex ſiue contractum innominatū hꝫ locū penitentia:ſed in ꝯctu ſocietatis nō hꝫ locum pnia.⁊ not.glo.ſuper verbo initio,⁊ ſuper verbo teneor.⁊ vide quod not.per Cynum.C.de actioni.⁊ obligatio.l.ſicut.

Si in coeūda. Si vnus ponit reꝫ,alius ponit operā in ſocietate,venit ēt dolꝰ ⁊ culpa.h.d.¶ In gl.q̄ incipit.ſ.bonorū ⁊c.¶ No.ex hac gl.ꝙ punctus ponitur pro copula:a idē hr̄ in.l.ꝑcia rerū.§.j.ad.l.fal.l.iij.§.due.ꝭ.de car.C.de decu.l.fina.cum ſimili.libro.x.

¶ No.iſtud ꝙ punctꝰ ponať ꝑ copula:regulariter nō eſt verū,niſi vbi de natura v̄boꝝ poſitorū regrereť copula.ita loqť hic ⁊ in iuribꝰ hic allegatis.¶ No.ꝙ ſi dedi alicui vaccas paſcēdas ſeu gubernādas,fructꝰ vaccarū erunt cōes:ſꝫ ipſe vacce remanēt mee:ſicut ſi dedi agrū meū ad laborādū ī fructibꝰ laborator ⁊ ego ſumꝰ ſocij,ſꝫ ager remanet mihi.vide qđ not.in Spe.de act.ſeu petitio.§.ſeqť.v̄.itē no.¶ No.ī iſto tex.duo. Primo de capitali,qđ dꝫ eſſe ſaluū ponēti ſꝫ Ja.de are.q ita no.in.l.j.C.eo.ꝑ iſtū tex.q nō eſt alibi ſm̄ Ray.vide.ſ.e.l.ſi nō fuerit.Scđo no.ꝙ laborator q ꝓmittit rn̄dere rē certā de medietate fructuū,nō dꝫ deducere expēſas,ſed reddere integrā medietatē ſm̄ Ja.de are.q ita no.ꝭ.ſol.mat.l.fructꝰ.⁊ Ja.bu.q ita no.in.l.j.C.de fru.⁊ lit.expē.Si tn̄ colonꝰ cogereť ad ſoldatia vel collectas,hoc cōputaret dn̄o,qꝛ talia ꝑtinēt ad ſolū dn̄m,vt.l.ediles.đ via pu.⁊ de agri.⁊ cē.l.litibꝰ.§.vltra.Et iđ coloni clericorū,q coguntť ꝑ cōe ad ſoluēdū gabellā fructuuꝫ ꝓ ꝑte dn̄orū poſſunt cōſeruare ſe indēnes ꝑ retētionē,lꝫ cōpellanť de facto ⁊ nō de iure.An aūt vſufructuariꝰ teneatur iſta onera ſoluere, vide in.l.hactenꝰ.§.pe.⁊ qđ ibi no.ſ.de vſufr.⁊.l.ſi pēdētes.§.qđ ſi cloacarij.eo.ti.¶ Quero,dedi aſinā meā in ſocidā in quinquēniū,⁊ eſt ꝯſuetudo ꝙ in fine quinquennij diuidanť aſine,⁊ fructꝰ vľ pecudes,⁊ fructꝰ pecudū,interiꝫ aſina perit naturaľr,nūqd ruſticꝰ teneť mihi ad aliqđ:dic ꝙ nō:qꝛ eēt eodē modo peritura penes me,ēt ſi fuit tradita eſtimata qꝛ ī ꝯctibꝰ nō ordinatis ad dn̄iū eſtimatio nō facit emptionem,vt hac.l.cum duobꝰ.§.dāna.⁊.ꝭ.loc.l.iij.⁊ hoc ꝑ regulaꝫ traditā.ꝭ.de ꝯh.emp.l.cū manu ſata.§.nemo.Sꝫ qđ ſi perijt caſu fortuito,cui reſiſti non potuit:tex.hic in.§.dāna.dicit ꝙ periculum eſt commune.de quo latius dixi.C.e.l.j.

Damna que. In actione ꝓ ſocio qs de caſu fortuito nō teneť ēt ſi receperit rem eſtimatā.Itē furtū ī dubio ꝓſumiť ꝯmitti culpa eius,cui res ē ſubſtracta.h.d.iſte.§.¶ No.gl.hic poſitā,q̄ đt meliꝰ hic q̄ alibi an furtum ꝓſumať in dubio culpa eius q furtū paſſus eſt.qcqđ de hoc noteť ꝑ gl.inſt.quib.mod.re ꝯhi.obli.§.preterea.⁊ no.in hac gl.dr̄iam,quā gl.facit inter furem ⁊ latronem ⁊c.

¶ Additio.¶ Dāna.Cuſtos ⁊ ſocius nō teneńť de rapina ſibi facta,⁊ bn̄ teneńť de furto,qđ iuris ꝓſump.ꝯtingit ꝓpter malā cuſtodiā:⁊ ꝑdicta ſunt v̄a,ēt ſi res data fuerit eſtimata:qꝛ eſtimatio ī ꝯctu ſocietatis n̄ facit venire caſū fortuitū,⁊ no.ꝓ ſocietate,⁊ facit.ꝭ.e.l.ſi id qđ.in ꝑnci.¶ Not.ex hoc text.qđ in dubio ꝓſumiť furtū factū culpa eiꝰ,cui res eſt ſurrepta.gl.đt hic meliꝰ,q̄ alibi,an in dubio furtū videať factū culpa eiꝰ q patiť:qđ no.qcqđ no.ꝑ gl.inſti.qui.mo.re ꝯ.ob.§.preterea.

¶ In gl.nullo iure quominus.in ſi.hec gl.vult dicere ꝙ ſi relinquiť matri ea ꝯdōne,ſi pariat:ſi facto pariat mōſtruoſum,ſibi nō imputať:ſecꝰ ſi culpa ſua,qꝛ ſe cōmiſcuit cū cane vľ boue,vt fecit paſiphae:vt no.in.l.queret.hic alle.ī gl.Sꝫ q̄ro,aliqs fuit inſtitutus vel ſubſtitutus,ſi vxor teſtatoris pareret filiū maſculū,nūc vxor teſtatoris mortua fuit in partu,⁊ fuit ſibi vēter ſciſſus,⁊ extractus filius maſculus viuus:nunqđ habeat locū inſtō tāquā cōdi.īpleta:breuiter dicas ꝙ nō.de hoc habes caſum ad lr̄am in.l.agniculꝰ.§.filiū.ꝭ.de ver.ſig.ita determināt doc.ſ.de ſta.ho.in.l.arethuſa.in ſi.⁊ ibi ꝑ Cy.nā iſta iſta cōditio cū fuerit volūtarie poſita dꝫ impleri in forma ſpecifica vt late examinat Bar.in.l.gallus.§.⁊ qđ ſi tantum.ꝭ.de lib.⁊ poſthu.vt patet ibi in di.ſua Roſe.de are.

Quidā ſagariā. Damna,que occaſione ſocietatis obueniunt,ſunt īter ſocios ſimul cōmunicanda.h.d.Vel ſic,Damnum caſu fortuito contingens pertinet ad totam ſocietatem,non ad vnum tm̄.h.d.Et no.hunc.§.⁊ no.gl.que incipit,quod ſi vterqꝫ ⁊c.

Cum erāt duo. Quod alter ex ſocijs extra ſocietatē querit,nō venit cōicādum actiōe pro ſocio.h.d.¶ No.hunc tex.⁊ eſt ar.optimuꝫ ꝓ offenſoribus,⁊ etiam pro ſeruitoribus aliorum,ꝙ ſi quid ipſi lucrentur nō impendendo offm̄ debitum,ꝙ totū illud lucrū dꝫ ad alios lucrantes totaliter pertinere ⁊c.

Si fratres. Illud,qđ fratres extra bona cōmunia q̄rūt,nō eſt cōicādū.h.d.Vel ſic,lꝫ fratres nō diuiſerit bona paterna, nō ꝑp hoc tn̄ ītelliganť eſſe ſocij oīm bonoꝝ, nec tenentur alter alteri cōicare lucra extrinſecus acqſita.h.d.Secꝰ ſi eſſent ſocij.qꝛ tūc oīa cōmunicarent,vt.ꝭ.ea.l.§.idē papinianꝰ.facit ad iſtū tex.l.ſi ex ꝑte.§.filiꝰ.ſ.fa.er.Et aduerte ꝙ illud qđ hic đr,dꝫ ītelligi ſm̄ Rich.mal.⁊ Old.niſi īter fratres ſit tacite ꝯcta ſocietas:ꝑt em̄ ſocietas tacite ꝯhi re ipſa,vt.ſ.eo.l.ſocietas.⁊.l.plane.⁊.ꝭ.e.l.itaqꝫ.⁊ per hoc dicūt Old.⁊ Rich.mal.ꝙ ſi fratres ꝯſueuerūt lucra ꝯmunicare,ꝙ īter eos vr̄ tacite ſocietas ꝯcta. a Sꝫ aduerte qꝛ fratrū ſtantiuꝫ in cōi ſeu in cōione qn̄qꝫ aliquis eſt pupillus:⁊ iſto caſu nō vr̄ ſocietas ꝯcta cū eo tacite: rō qꝛ nō ꝑt ꝯhi ſocietas exꝑſſe,vt.ſ.e.l.vt in cōdōnibus.in ſi.Quādoqꝫ qlibet frater eſt maior,⁊ tunc ex eo ꝙ habent paternā hr̄ditatem cōem,non vr̄ inter eos ꝯcta ſocietas:vt hoc tex.⁊.l.ex parte.ſ.fa.erc.Si vero iſti fratres negocianť,tūc ſi qđē vnus negociať,alter nō,nō ꝑt videri īter eos ꝯcta ſocietas:vbi vero omnes negocianť,tunc ſiqdem lucra ſua cōſueuerunt ponere in communi,tūc vr̄ ex hoc ꝯcta ſocietas ſcđm Rich.mal.⁊ Old.¶ Sꝫ aduerte,qꝛ ex hoc nō preſumiť ꝯcta ſocietas oīm bonoꝝ,ſꝫ tm̄ illius actionis ſeu artis: qđ ꝓbať rōne,qꝛ in his,q̄ ꝓſumunť ex actibꝰ,nunq̄ ꝓſumptio ſe extendit vltra q̄ ſe extēdat actꝰ:vt.l.j.§.ſi qs īterdū.ff.de iti.actuqꝫ pri.C.ne vxor.ꝓ ma.l.ſi.⁊ vide qđ no.Spe.in ti.de iud.§.ſeqť.ver.vt aūt pleniꝰ.Sed qđ ſi ſunt duo fratres poſt morteꝫ patris ſtātes in domo cōi,⁊ vnus eorū negocieť,⁊ funduꝫ emat,⁊ ſibi tradať,an hic fundꝰ cōicabiť cū altero fratre:dic ꝙ nō,ſꝫ erit proprius eius q emit:vt.ꝭ.e.l.ſi vnus.§.j.⁊.l.ſi qs ſocietatem.ſꝫ partem ꝑcij quā emens ſoluit de cōi alteri refūdet.C.cōmunia vtriuſqꝫ in.l.ſi patruꝰ.C.de rei vend.l.ſi ex pecunia.de admi.tu.l.titiū ⁊ meuiū.§.altero.⁊ no.ꝭ.e.l.actiōe.§.j.qđ intellige niſi preſumatur ſocietas inter eos cōtracta:vt.ſ.e.l.q admittitur.⁊.l.plane.⁊ inſti.de obli.ex conſen.declaratur em̄ conſenſus nō ſolū ex verbis,ſed etiam factis:vt.ſ.de leg.l.de qbꝰ.⁊.ꝭ.de edil.edic.l.ſi tamē.§.ei q.Dico ꝙ ſi frater acqrēs in acquiſitis vtiť certis actibus declaratis conſenſu ſocietatis,vt qꝛ cōiter facit fieri inſtrumēta,⁊ ꝓmiſcue vtitur rebus acqſitis tanq̄ cōibus,tūc erūt cōia iuris ſocietatis ꝑ equis partibus,arg.de leg.iij.l.ꝑdijs.§.pe.⁊.ſ.e.l.ſi nō fuerint.in ꝑn.naꝫ qđ tacite agiť ꝓ exꝑſſo habeť:vt.l.cū qđ.ſ.ſi cer.pe.Et ē ſimile diſſociādo:vt.ꝭ.e.l.itaqꝫ.alioquin ſi nō deprehendať ſocietas tacite vel expreſſe obtinet qđ hic dicitur in princip.tn̄ nō vr̄ habere locum hec tacita ſocietas ſine autoritate tutoruꝫ,vt.ſ.eo.l.vt ī ꝯdōnibus,⁊ hoc de iure romano:ſꝫ de iure lombardorum,ſi ex duobꝰ fratribus ſimul cohabitantibus vnus emat fundum,teneť alteri communicare.vt in lombar. quia preſumitur emptus de bonis communibus,ar.de do. inter vi.⁊ vxo.l. quintus.⁊.C.e.l.etiam ſcđm Ric.Aduerte quia ſ.poſuit duas cōiecturas,vnam qꝛ communiter fecit fieri inſtrumenta,aliam ꝙ promiſcue vtitur oībus bonis:⁊ quodlibet ꝑ ſe ſufficere credo:nam cū ſocietas conſenſu contrahať,⁊ animus contrahēdi ſocietatem colligitur ex actibus ſocialibꝰ, vt dicit Jacob.de are.ſupra eod.l.iiij.circa gloſſ.⁊ no.ſ.e.l.ſi margaritaꝫ.ſatis apparet de animo ex vſu promiſcuo:

a ¶ Pro copula.ꝭ đō eūdē Bal.in.l.placet.in ſi.C.de ſac.ſan.ecc.

Unde facto accedit ꝙ duo fratres remanſerũt in hereditate ⁊ domo paterna, quoꝝ vnꝰ maior natu ibat ad emẽdũ merces, alter domi retinebat ſtationẽ: maior frater, q pecuniã retinebat ⁊ expẽdebat, fecit quaſdã emptiones p̃dioꝝ, ⁊ inſtrũ a faciebat fieri in ſua pſona ꝓpria ignorãte fratre, ⁊ his rebꝰ emptis ꝓmiſcue vtebat̃ cũ fratre: demũ frater minor p̃deceſſit relicta filia hr̃de, maior frater dicebat res emptas ꝓprias eẽ, determinaui ⁊ ↄſului ↄtrã ↄ cũ maiorẽ. Cy. in addi. ⁊ adde qđ no. i Spec. de iud. §. ſequit̃. vide ver. ⁊ ante. de iſta materia tractat Bar. i. d. l. titiũ ⁊ meuiũ. §. altero. vbi videas. Et p̃dicta habẽt locum in fratribus negociantibus poſt mortẽ p̃ris, ſꝫ i vita p̃ris nõ p̃ſumo ſocietatẽ inter fratres: nã qlibet q̃rit ſibi aduẽtitia, nec ea tenet̃ conferre: vt. C. de col. l. fi. ⁊ ar. ibidẽ pap. v̓ſi. Quis filius. de ↄd. inde. l. frater a fratre. ⁊ ad hoc qđ not. j. de mu. ⁊ ho. l. q agrũ. §. fi. ⁊ qđ no. C. de rei vxo. act. l. rẽ i p̃nti. §. accedit. i vlt. q. ⁊ qđ no. Gu. C. fa. er. l. filiꝰ. ⁊ l. certi iuris. ¶ Ultimo, gl. ſup v̓bo, dirigere. q̃ d̃t ꝙ ſi vnꝰ ex fratribꝰ remanẽtibꝰ i cõione ↄmittit maleficiũ, nõ dꝫ ſolui ↄdẽnatio de cõi[a]. Iſtã gl. ĩtellige, qñ fuit ↄmiſſuꝫ poſt mortẽ patris. Sꝫ ſi vnꝰ ex fratribꝰ cõmitteret maleficiũ in vita patris, ⁊ pater ꝓ eo ſolueret, an alij fratres poſt mortẽ patris tpe diuiſionis p̃nt illud, qđ eſt ſolutũ, ĩputare in ſuã portionẽ: dic vt no. Ja. de are. i. l. ſtichꝰ. j. đ pe. le. ¶ Sꝫ q̃ro, pone ꝙ vnꝰ ex filijs abſq; ſuo delicto capit̃ a latronibꝰ, pr̃ ſoluit ꝓ eo, an illud debeat ſibi poſt mortẽ p̃ris in ſuã portionẽ imputari? dicit Gu. de cu. qđ nõ: ⁊ ipſe in. l. frater a fratre. ſ. de ↄdi. ĩde. qđ ibi dicit. ⁊ dic vt ibi ꝑ eũ. ¶ In gl. id eſt, quotitate. ibi, ad ĩtellectũ. Ex hac gl. defẽdit̃ ↄſuetus modꝰ ĩterrogãdi teſtes ſuꝑ forma, quot hoĩes faciãt publicã famã[b]. Cy. adde qđ no. C. de accu. l. ea qdẽ. vide ꝙ dixi i. l. iij. §. eiuſdẽ. j. đ teſti. Sꝫ qđ ſi alter ex fratribꝰ i cõione ſtãtibꝰ hꝫ filios magnos ⁊ lucrãtes ſicut ipſi fr̃es, an pr̃ eoruꝫ poterit dicere tpe diuiſiõis, detrahamꝰ qđ filij mei fuerũt lucrati, vel opere eoꝝ debẽt cũ alimẽtis in domo cõi ꝑceptis cõmunicari ſeu computari? cogitabitis. vide. l. illam. de colla.

Item ex facto. Ut obſeruetur pactum ſocietatis cõpetit actio pro ſocio. h. d. in hoc. §. j. ¶ No. gl. ſuper verbo, quãtitas. que dicit quod duplex eſt quantitas ⁊c.

Inter fratres. Quando inter fratres ↄtracta eſt volũtaria ſocietas, quilibet alteri dꝫ conferre illud, qđ emancipatus fratribus exiſtentibus in poteſtate conferre tenetur. h. d.

¶ Additio. d. Sagura. Jañ. h. d.

